

[a Illos autem qui sunt valetudine prepetiti pro absolutionis beneficio ad Sed. Apost. nequeunt laborare, recepto ab eis, sicut moris est, juramento potes absolvere, ita quod sanitati pristinae restituti, Apostolice se conspectui representent. Sexui vero semineo & pueris ac senibus super hoc satis te credimus posse libere dispensare.]

XVIII. IDEM. [c. an. 1190. Romae.]

Clericus, qui scienter & sponte participat excommunicato in divinis officiis, excommunicatus est majori, & tantum absolvens per Papam: Hoc dicit secundum Panorm.

* Cap. 7. eod. tit. in 11. Compil.

Significavit nobis: Et infra. Verum Clericos, qui scienter & sponte participaverunt excommunicatis a nobis, & ipsos in officiis receperunt, eadem excommunicationis sententiam cum ipsis non dubitamus involvi: quos etiam pro beneficio absolutionis habendo ad nos volumus cum literarum tuarum infirmatione remitti.

XIX. IDEM. [c. an. 1190. Romae.]

Excommunicatus pro injectione manuum in Clericum, vel incendiarius post publicationem a solo Papa absolvitur.

† Cap. 8. eod. tit. in 11. Compil. 2 al. ita: quod non solum hi, qui, &c.

Tu nos duxit fraternitas consulendos. [Et infra a.] Fraternitati tue taliter resp. quod non solum qui in Clericos temerarias manus injiciunt, sed etiam incendiarii ex quo sunt per Ecclesiam sententiam publicati, pro absolutionis beneficio ad Apost. Sed. sunt mittendi. [a Ar. hi soli sunt ad Sed. Apost. destinandi, qui in Canonem lata sententia incidentes, manus injiciunt in Clericos violentas, & utrum non possint ab eadem sententia, nisi per Rom. Pont. liberari.]

XX. IDEM. [c. an. 1190. Romae.]

Legati de Latere absolvere possunt excommunicatos pro injectione manuum in Clericos.

† Cap. 9. eod. tit. in 11. Compil.

AD Eminentiam Sed. Apostolicam: [Et infra a.] Sicut ex parte tua nostris est auribus intimatum, tibi existit dubium, utrum absolutionis beneficium assequantur, qui pro injectione manuum in Clericos, vel alias Religiosas personas excommunicationem incurrerunt, & a Legatis Cardinalibus, qui a Latere Rom. Pontif. destinantur, pro tempore absolventur, cum eisdem Legatis mandatum super hoc non offendant expressum. Super quo id a te volumus observari, ut eos habeas absque omni hesitationis scrupulo absolutos, quos consisterit a talibus beneficium absolutionis adeptos.

[a Est reverendum quoties articulus dubitationis emergit, ut tanto quis promptiori conscientia recipiat & observet, quod super re dubia sibi fuit a Sed. Apost. responsum, quanto prerogativa dignitatis ipsius certiori suscipitur veritatis sententia vel scientia roborata, qua in B. Petro Apostolorum Principe, pre aliis omnibus amplitudinem Prælationis accepit.]

XXI. IDEM. [c. an. 1190. Romae.]

Generalis excommunicatio non ligat, nisi subditos proferentis.

† Cap. 10. eod. tit. in 11. Compil.

AD Nobis fuit ex parte tua quaesitum, utrum si quis ita pronuntiaverit, Quisquis furtum fecerit, excommunicatus sit: hæc generalis clausula ad ipsius excommunicatoris subditos referatur, an generaliter extendatur ad omnes, qui non sunt de jurisdictione illius? Ad quod dicimus, quod hæc sententia non nisi subditi obligantur, nisi forte plus contulerit major & largior auctoritas delegantis. [a Etiam in quibus non dubitas, & quid de his observari debeat, plurimum agnovisti Sed. Apost. responsa requiris: tanto f. t. magis in Domino commendamus, quanto in his qua sacrorum Canonum institutionibus sunt expressa, aut. n. procedere desideras & disponis. Sanè requisivit a nobis fr. t. utrum qui se confitetur in lata sententia Canonem incidisse, nec ad hoc potest induci, ut ad Sed. Apost. veniat, absolvens ab ipso vel a simplici Presbytero, absolutionis debeat vel possit beneficium promoveri, & utrum Presbyteris bigamis, & viduarum maritis, & eorum uxori viam universæ carnis ingressi, missarum solemnitas liceat celebrare. Verum, licet quid de his observari debeat, satis in Canonibus sit definitum, hoc tamen.]

XXII. IDEM. [c. an. 1190. Romae.]

Qui cum effractione spoliant Ecclesias, excommunicati sunt, & per Papam tantum post denunciationem absolventur.

† Cap. 11. eod. tit. in 11. Compil.

CONsequitur sunt nobis Regni. Canonici, quod I. de Malafrena, & ejus sequaces quidam Ecclesias Regni, Episcopatus violenter confregerunt, eaque spoliarunt minime dubitantes. Quoniam igitur gravia sunt, nec claus debent oculis præteriri: mandamus, quatenus si est ita, memoratos faciles excommunicatos nunciatis, & faciatis sicut excommunicatos archibus evitari, donec passis injuriam congrue satisfaciatis, & damna, pro eis, data restituant, & cum literis vestris rei veritatem continentibus Apostolice se conspectui representent. [a Etiam in quibus non dubitas, & quid de his observari debeat, plurimum agnovisti Sed. Apost. responsa requiris: tanto f. t. magis in Domino commendamus, quanto in his qua sacrorum Canonum institutionibus sunt expressa, aut. n. procedere desideras & disponis. Sanè requisivit a nobis fr. t. utrum qui se confitetur in lata sententia Canonem incidisse, nec ad hoc potest induci, ut ad Sed. Apost. veniat, absolvens ab ipso vel a simplici Presbytero, absolutionis debeat vel possit beneficium promoveri, & utrum Presbyteris bigamis, & viduarum maritis, & eorum uxori viam universæ carnis ingressi, missarum solemnitas liceat celebrare. Verum, licet quid de his observari debeat, satis in Canonibus sit definitum, hoc tamen.]

XXIII. IDEM. [c. an. 1190. Romae.]

Percutens vel etiam interficiens Clericum, se, dimisso Clericali habitu, seorsim enormitatis immiscentem, non tenetur ire pro absolutione ad Sed. Apostolicam. Ita generaliter summati potest.

† Cap. 12. eod. tit. in 11. Compil.

PERpendimus ex literis tuis, quod quidam Sacerdos pro eo, quod se filium Regis falso nominare præsumpsit, & armis acceptis, seditionem fecit & guerram, a B. Comite iustus est fustigari: qui postea ejus mandato traditus patibulo expiravit: [Et infra a.] Frat. tue duximus respondendum, quod si memoratus Sacerdos tali modo occisus, & non propulando, sed inferendo injuriam fuit excommunicatus: non videtur nobis quod interfectores ejus propter hoc ad obtinendam

absolutionem Apost. Sed. adire cogantur: tu verò, qui merita personarum bene nosti, penitentiam eis competentem inungas.

[a Quia igitur tam ipsum Comitem, quam alios hujusmodi facti participes velle super hoc satisficere, intimasti presentis pag.] [a PITH. 28 Perpendimus, &c.] Sigebertus an. 1138. Vigner. tom. 3. pag. 187.

XXIV. IDEM. [c. an. 1190. Romae.]

Judex Ecclesiasticus faciens percuti Clericum per Laicum, etiam causa disciplina, excommunicatus est, & ipse & verberans pro absolutione, tenentur ire ad Papam.

UNiversitatis vestra consultationem accepimus, quod nos requisitis utrum Laicus incidat in excommunicationem edictum, qui ad iustionem Abbatis, in cuius servitio commoratur, in Clericum, Monachum, aut conversum, temerarias manus præsumit injicere, maxime ubi causa non subest, propter quam debeat verberari. Nobis autem videtur, quod nisi causa regularis disciplina hoc faciat, Abbas in propria persona, vel si necesse sit, per Clericum vel Monachum fieri jubeat, tam qui tales verberari præcipit, quam illi, qui verberant, etiam si causa subest, excommunicationis sententiam, donec ad Apost. Sed. veniant, nequaquam evadunt. [a PITH. 29 Universitatis.] Matth. Paris 642.

XXV. IDEM. [c. an. 1190. Romae.]

Clericus ut Laicus incidens, tertio monitus ut respiciat, perit privilegium Clericale.

INDulgentia nostra talis fuit ex parte tua proposita consultatione, utrum Clerici, qui arma militaria, relicto habitu Clericali, gestare nullatenus erubescunt: si eis fuerit injuria corporalis illata, vel se a captione redemerint: illa Clericorum debeant immunitate gaudere, quâ pro temeraria manuum injectione facta in Clericum, excommunicatus quis ipso jure notatur? Ad hæc tibi breviter respondemus, quod cum frustra Ecclesia imploret auxilium, qui committit in ipsam, & lex secularium Principum hujus reponit, satis efficax asserat argumentum, quâ manifeste cautum habetur, matronam, cujus pudicitia attentata fuerit, non posse injuriarum agere, si in veste meretricali fuerit deprehensa: hujusmodi Clerici, si a Prælati suis tertio communiti militaria noluerint arma deponere, de privilegio Clericorum subfidium aliquod habere non debent.

XXVI. IDEM. [c. an. 1190. Romae.]

Excommunicatus propter injectionem manuum in Clericum, impeditur ire ad curiam, potest ab inferiore absolvi: sed impedimento cessante, tenetur curiam visitare, suscipiens mandatum Apostolicum.

QUod h de his: [Et infra a.] Fra. t. taliter duximus respondendum, quod is, qui asserit se in Canonem late sententia incidisse, non aliter quam per Sed. Apost. vel ejus Legatum absolutionis potest beneficium obtinere: Nisi forte in mortis articulo, vel paupertate, aut infirmitate, vel senectute tanta gravaretur, quod ad Eccles. Rom. laborem subire non valeat veniendi, vel ab hoc alio impedimento Canonico retrahatur.

Ceterum ab his in forma Sacramenti exigi consuevit, ut restituti viribus, & opportunitate concessa, Rom. Eccl. in propria persona debeant visitare.

[a Etiam in quibus non dubitas, & quid de his observari debeat, plurimum agnovisti Sed. Apost. responsa requiris: tanto f. t. magis in Domino commendamus, quanto in his qua sacrorum Canonum institutionibus sunt expressa, aut. n. procedere desideras & disponis. Sanè requisivit a nobis fr. t. utrum qui se confitetur in lata sententia Canonem incidisse, nec ad hoc potest induci, ut ad Sed. Apost. veniat, absolvens ab ipso vel a simplici Presbytero, absolutionis debeat vel possit beneficium promoveri, & utrum Presbyteris bigamis, & viduarum maritis, & eorum uxori viam universæ carnis ingressi, missarum solemnitas liceat celebrare. Verum, licet quid de his observari debeat, satis in Canonibus sit definitum, hoc tamen.]

XXVII. INNOCENTIUS III. Archiepiscopo 30 Decano, & Præcentori Lugdun. [c. an. 1212. Româ in Galliam.]

Ligatus pluribus excommunicationibus, licet ex eodem facto, obtinens absolutionem, expressa sua causa seu una excommunicatione, non habetur pro absoluto quoad aliam.

UM pro causa, quæ inter G. & F. Cabilonen. Ecclesiam Archid. vertebatur, eis concesserimus Auditorem, Procurator G. allegavit, quod cum Archidiaconus in Succentorem in communi dormitorio manus injecisset temere violentas, & cum traxisset verberando per claustrum, tu frater Archiepiscopo eum ob violentam manuum injectionem, & violationem immunitatis Ecclesie, fecisti excommunicatum publice nunciari: [Et infra a.] Dif. ve. mandamus, quatenus si vobis consisterit dictum F. Archid. ob duplicem causam excommunicatum fuisse, & expressisse tantum alteram in literis, quas super absolutione sua impetravit: ipsum tanquam excom-

† Cap. 13. eod. tit. in 11. Compil. Vid. Henric. Boich. Ergo in illis non est Dominis obtemperandum. Facit quod notat Bald. in l. servos. C. ad l. Julium de vi pub.

† Cap. 14. eod. tit. in 11. Compil. Vide Sylvester. f. per c. citatum.

† Cap. 15. eod. tit. in 11. Compil.

excommunicatum satisficere Ecclesie sue pro altera, monitione præmissa cogatis.

[a Ipse vero ad Apost. Sed. accedens confessus est, quod in Clericum manus injecerat violentas: supplicavit autem quod immunitatem violasset Ecclesie, super absolutione sua literas impetravit. Nos igitur causam ipsam vestro examini committentes.] [a PITH. 30 Archiepiscopo.] Archiepiscopo. Extat integra pag. 193. Epist. Innocent.

XXVIII. IDEM Abbatu S. Andreae. [c. an. 1212. Romae.]

EXcommunicato decedenti in excommunicatione, quantumque contritus decesserit, non est communicandum ante absolutionem, nec pro eo orandum, licet sit quoad Deum absolutus: sed sic constat Ecclesie de contritione præcedenti, absolvetur etiam post mortem ab eo, a quo vivus fuerat absolutus: & heredes ejus compelluntur per Ecclesiam, ad satisfaciendum pro eo.

† Cap. 2. eod. tit. in 11. Compil.

AD Nobis est sæpe quaesitum, utrum si aliquis excommunicatus, in quo indicia fuerint penitentiae manifesta, nec per se iterum, quominus reconciliaretur Ecclesie unitati, non suscepto beneficio absolutionis decesserit, pro absoluto ab Ecclesia sit habendus? & utrum pro tali recipienda sit elemosina, & a fidelibus sit orandum: [Et infra a.] Nos igitur consul. t. b. respon. quod iudicium Dei veritatis, que non fallit nec fallitur, semper innotuit: iudicium autem Ecclesie nonnullam opinionem sequitur, quam & fallere sæpe contingit, ut qui ligatus est apud Deum, apud Ecclesiam sit solutus: & qui ligatus est apud Deum, apud Ecclesiam sit sententia innotuit. Vinculum ergo, quo peccator ligatus est apud Deum, in culpa remissione dissolvitur: illud autem quo ligatus est apud Ecclesiam, cum sententia remittitur, relaxatur: quod in susceptione Lazari sermo Evangelicus manifestat, quem prius Dominus suscitavit, & Apostolus præcepit postmodum solvere suscitatum. Unde quantumcumque se quis juramento præstitit, quod Ecclesie mandato pareret, humiliter curaverit: quantumcumque penitentia signa præcesserint, si tamen morte præventus absolutionis non potuerit beneficium obtinere, quamvis absolutus apud Deum fuisse credatur, nondum tamen habendus est apud Ecclesiam absolutus. Potest tamen & debet ei Ecclesie beneficium subolari, ut si de vivis vivens penitentia per evidens signa consisterit, defuncto etiam absolutionis beneficium impendatur. Nec obstat, quod Ecclesie legitur attributa potestas ligandi atque solvendi homines super terram, tanquam non possit solvere & ligare sub terra sepultos: & quod legitur, non communicari mortuo, cui non est communicatum & vivo: cum est communicatum non fuerit, communicandum tamen illi fuisse, quem non contemptus Religiosis, sed necessitatis articulus impedit: & in certis casibus a Canonibus denotatis ligatæ legatur Ecclesia mortuus & solvitur. Ut autem in quo pariter & eodem negotio, & servemus rigorem, & mansuetudinem ostendamus, statuimus ut illius mortui absolutio a Sed. Apost. requiratur, qui cum viveret, ab ea fuerat absolutus: aliorum autem absolutionem ex præmissa causa ceteris indulgemus, a quibus dum viverent, fuerant absoluti. Absolutionis autem forma servetur, ut fiat cum penitentiali psalmo, & tam oratione dominica, quam alia consueta. Haeredes quoque ipsius ad satisfaciendum pro ipso si monitione præmissa noluerint, per dist. Eccles. compellantur.

Joan. 11.

† al. quantumque penitentia signa præcesserint.

† Vid. Burch. l. 9. Decr. c. 8.

[a Ut autem quod intendimus per suppositionem excepti aperti exprimamus, quidam Presbyter & Canonici Regularis sicut per tuos nobis literas intimasti, cum publica laboraret infamia, quod ad quandam conjugatam accederet, maritus ejusdem mulieris & consanguinei ejus in eum manus injecerunt temere violentas: propter quod per Episcopum denunciati sunt excommunicationis sententia subiacere. Verum ipsi postmodum ad eandem Episcopum accedentes præstito in manibus ejus, quod parerent iudicio Ecclesie corporaliter juramento in mandato receperunt ab ipso, quod propter hoc Apostolice se conspectui præstarent. Cuiusmodi unum illorum se ad iter accingeret ad Sed. Apost. veniendi, a quibusdam suis amicitis est peremptus, & extra conventum Ecclesie tumulatus, & licet contra interfectores amicitis & consanguinei interfecti graviter sint commoti, promiserunt eis tamen quod omnem rancorem remitterent, & offensam, dammodo interfecti cadaaver traderetur Ecclesie sepultura. Videretur igitur forsan in hoc casu quibusdam, quod cum Sacramentum non necessitatis articulus, sed contemptus Religiosis excludat, & iudicium Ecclesie debeat initiari, cum interfecto, prædicto manifesta penitentia signa præcesserint, & propter hoc absolutus etiam ab Ecclesia sit habendus: sed e contrario cum ex sola culpa ligetur quoad Deum apud triumphantem Ecclesiam, ex sola vero sententia ligetur quoad hominem apud Ecclesiam militantem, quandoque vinculum culpa remittitur apud Deum, sed apud homines non absolvetur, nisi forte quando vinculum sententia relaxatur. Alioquin Ecclesia absolutio nullatenus necessaria videretur, si in sola cordis contritione præter Sacerdotale officium rigor relaxaretur Ecclesiastica disciplina.] [a PITH. 31 A nobis, &c.] Extat integra pag. 403. Epist. Innoc.

XXIX. IDEM Vratislavien. Episcopo. [c. an. 1212. Româ in Silesiam.]

DETINENS Clericum in custodia vel vinculis sine lesione, excommunicatus est. Hoc dicit primo. Communicans excommunicato scienter in crimine, excommunicatus est: & nisi difficultas impediatur, absolvi debet ab excommunicatore cum juramento. Communicans vero extra crimen reconciliari potest per simplicem Sacerdotem sine juramento. Hoc dicit ultique ad finem.

† Cap. 3. eod. tit. in 11. Compil.

NUper a nobis tua discretio requisivit, quid de illis Laicis sit faciendum, qui Clericos, sine lesione tamen, in custodia detinent publica vel privata, vel etiam detrudunt in vincula? Et utrum, qui nominatim excommunicatus scienter communicant, absolvi ab excommunicatione possint per confessionem a simplici Sacerdote, vel Episcopo seu Archiepiscopo sit eis absolutio expectanda? Nos igitur inquisitioni tue ex ordine respon. quod in primo consultationis articulo non credimus Laicos penam excommunicationis evadere, quamvis per eorum factum corporalis lesio non fuerit subsecuta, citra quam violentia sæpius circa Clericos nequiter perpetratur. In secunda vero questione credimus distinguendum, an is, qui nominatim excommunicato communicat, scienter in crimine communicat criminolo, ei consilium impendendo, auxilium vel favorem addit ad, aut alias in oratione vel oculo, aut orando secum, aut etiam comedendo. In primo quidem articulo, cum talis communicet crimini, & participet criminolo, ac per hoc ratione damnati criminis videatur in eum delinquere, qui damnavit: ab eo vel ejus Superiore, merito delicti tunc erit absolutio requirenda: cum facientem & consentientem par pena confringat. In secundo vero casu a suo Episcopo, vel a proprio Sacerdote poterit absolutionis beneficium obtinere: quamvis enim & tunc non Judicis, sed juris sententia excommunicato communicans sit ligatus, quia tamen conditor Canonis ejus absolutionem sibi specialiter non retinuit, eo ipso concessisse videtur facultatem alii relaxandi. Is autem, qui juxta primum modum excommunicato communicat, cum juramento debet absolvi: qui vero juxta secundum modum, reconciliari poterit sine juratoria cautione. Verum si difficile sit ex aliqua justa causa, quod ad ipsum excommunicatorem absolvens accedat, concedimus indulgendo ut (præstita juxta formam Ecclesie cautione, quod excommunicatoris mandato parebit) a suo absolvetur Episcopo, vel proprio Sacerdote. [a PITH. 32 Nuper a nobis, &c.] Extat integra pag. 402. Epist. Innoc. Vide Annal. Siles. pag. 58.

XXX. IDEM Strigonen. Archiepiscopo. [c. an. 1212. Româ in Hungariam.]

JURAMENTUM excommunicati de stando mandatis Ecclesie non habet vim absolutionis. Hoc primo. Excommunicato nullus communicare tenetur præter personas exceptas: alias communicans excommunicato incurrit minorem, & est excommunicandus majori, nisi ille esset excommunicatus cum participibus, quia tunc esset excommunicatus majori.

QUod in dubiis: Et infra. Respondemus, quod excommunicato, licet quod sit mandato Ecclesie juramento firmaverit, communicari non debet, donec per Ecclesiam fuerit absolutus, alioquin post juramentum non esset absolutio necessaria. Nullus autem scienter nominatim excommunicato communicare tenetur, nisi quemdam personam, que per illum Gregor. Papæ Capitulum: Quoniam multos, specialiter exculantur. Illi autem, qui nominatim excommunicatis præsumptuose participant, præter personas dicto Canone adnotatas, nisi ab eorum participatione communiti forte destiterint, excommunicationis vinculo sunt innodandi: fecus autem si scienter communicant ei, qui cum participibus suis est vinculo excommunicationis sententialiter innodatus, tunc enim & ipsi sententiam excommunicationis incurrunt.

XXXI. IDEM Doctoribus Decretorum Bonon. [c. an. 1213. Româ in Flaminiam.]

EXcommunicato communicare tenentur, qui prius erant ei obligati ad obsequium familiare: alii vero non tenentur de necessitate, licet interdum possint de necessitate urgente.

INTER alia, que Strigo. Archiepiscopus proponi fecit, nos recolimus respondisse, quod nullus nominatim excommunicato scienter communicare tenetur, nisi quemdam personam, que per illum Greg. Papæ Quoniam multos, specialiter exculantur: verum ex hac responsione orta est occasio disputandi, aliis concedentibus, quod excommunicato communicare tenentur persone in prædicto c. nominate, præsertim quod prius ad communionem eorum ex debito tenebantur: aliis aliter sententibus, quod licet esse possit: non tamen ad hæc ex necessitate tenentur. Ut igitur unde jus prodiret, interpretatio quoque procedat, ambiguitatem hujusmodi taliter duximus abolendam, quod cum quedam personæ in præmissis capitulo denotatas, illis, in quos lata fuerit excommunicationis sententia, ante prolationem ipsius obsequio tenebantur familiariter adherere, neque postmodum ad contrarium teneantur, cum adhuc debitum duret, beneficium Ca-